

*Privilegio di conferma del castello di  
Capradorso all'Abate del monastero  
di san Salvatore di Rieti, dopo la  
sentenza presso il Giustiziere di  
Abruzzo e l'appello di Filippo de  
Marerio presso il Gran Giustiziere.*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Privilegio di conferma del castello di  
Capradorso all'Abate del monastero  
di san Salvatore di Rieti, dopo la  
sentenza presso il Giustiziere di  
Abruzzo e l'appello di Filippo de  
Marerio presso il Gran Giustiziere.*

1267-02-17

*Giustiziere di Abruzzo e l'appello di Filippo  
de Marerio presso il Gran Giustiziere,*  
Karolus etc. Religioso et ven. viro fratri Egidio,  
Abbati monasterii Sancti Salvatoris maioris Reatinensis.  
Ea que in Regno nostro etc. Ex parte siquidem  
vestra fuit propositum coram Nobis quod, cum vos  
ad Iacobum de Collemedio, tunc Iustitiarium Aprutii,  
primo, et demum, ipso a Iustitiariatus officio remoto,  
ad Guillelmum de Sancto Juliano..., ipsius Iacobi...  
successorem, nostras super restitutione castri Capradorsi,  
ad predictum monasterium... pertinentis, quod Filippus  
de Marerio ob favorem quondam Manfredi olim  
Principis Tarentini... occupatum dicebatis tenere, a  
Nobis obtinuissetis licteras, idem Guillelmus partibus  
in sua presentia convocatis et cognitis cause meritis  
ac juris ordine observato, pronunciavit sententialiter te  
Abbatem, nomine ipsius monasterii et... monasterium  
inducendos esse in possessione dicti castri et inductos  
etiam defendendos. Sed procurator dicti Philippi, ab ipsa,  
quam nullam asseruit, appellante et huiusmodi causa  
ad examen Magne Curie nostre deducta, Barrallus de  
Baucio, Regni Sicilie Magister Iusticiarius, una cum  
Magne Curie Regie iudicibus, legitime de sententia  
ipsa cognoscens, habito... magnorum virorum de Curia  
nostra consilio, sententiam predicti Guillelmi Iusticiarii  
pronunciavit sententialiter fore juste probatam et  
etiam executioni mandandam, teque Abbatem... nomine  
dicti monasterii in corporalem possessionem predicti  
castri Capradorsi... inducendum et etiam inductum  
defendendum, prout in instrumento publico super  
eiusdem magistri Iustitiarii pronuntiatione confecto  
plenius continetur. Nos igitur... quod per eundem  
Mag. Iustitiarium iuste factum est... confirmamus ac  
presentis scripti patrocinio communimus. Nulla igitur

persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana, hanc confirmationem nostram infringere... presumat. Quicumque autem secus presumpserit, triginta libras auri Camere nostre componat et nichilominus indignationem nostri Culminis se noverit incursum.

Datum Capue, per manum R. etc., anno Dom. MCCLXVII, mense februarii, die XVII etc.